

thesauro abscondito i agro. Quis
est iste thesaur⁹ nisi vita eterna.
Ubi est thesaurus electo⁹. Qui
istum bene considerat in agro hui⁹
corporis. vendit omnia que habet
et emit ea. **V**nde gregori⁹. Si bn
considerem⁹ quea quanta sunt que
nobis pmittunt⁹ in celis. viles aut
omnia que habentur in terris. Et
sic patet a^o.

Dñica in. lxx.

Sermo. xij.

Ite a vos in vineam meam
a quod iustum fuerit da
bo vobis **math. xx.** Sciendum
q^d principalis sancte trinitatis in
tentio erat qm homines creauit. q^d
deberet esse princeps eterne glorie
Sed ppter p^odm p^omo⁹ parentu⁹
illam gratia amissim⁹ qua potuis
sem⁹ habuisse. a habere vita⁹ eter
na gratis. et hoc sine omni labo⁹
Et h^o recitat eccl^a hodie q^d ada a
eua sunt repulsi de paradiso. Et ppter
hoc deponit⁹ in eccl^a canticu⁹ leti
cie scⁱz alla **T**e de⁹ Gloria in ex
cellis. Et introitus misse incipit
Circūde de⁹ me gemitus mortis
a^o. Et post illud temp⁹ q^d ada fuit
expulsus. nulli vult dare gratis
vitam eternam. Et hoc ppter tres
causas **P**rima ppter excellentia⁹
que tanta est scdm apostolu⁹ q^d
nec auris audiuit nec oculus vi
dit nec in cor hois ascendit quan
ta sunt gaudia que prepaui⁹ de⁹

diligentib⁹ se. **S**ecunda causa ppter
angeloru dignitate. Angelis em
in celo no dat gratis. sed ipsi lau
dant deu⁹. a obediunt quado mit
tunt⁹ scilicet ad homines **T**ercia
causa ppter gloriam hominum a
honorem **N**am maior est honor
qui virib⁹ acquirit⁹ q^d qui gratis
datur. **V**nde gregori⁹ in quada⁹
omelia. **A**d magna premia pue
nre nullus potest nisi p magnos
labores **D**icit ergo in p^obolis in
themate **I**te et vos in vinea⁹ mea⁹
Et remuneratio bonorum operu⁹
additur. Et quod iustum fuerit da
bo vobis vt patet in euangelio qd
postea sequit⁹. **N**ota q^d p hanc vi
neam accipit eccl^a vel quelib⁹
fidelis anima. Et scdm hoc verba
premissa sunt verba dei exhortan
tis predicatoris vt sint solliciti
de salute animaru⁹. Et duo hic tan
gunt. **P**rimo deus hortat⁹ predi
catores ad predicatoris exercitiu⁹
cu⁹ dicit. **I**te in vineam meam ede
circa salutem animaru⁹ laborate
Secundo subiungit retributio is
mum. Et quod iustum fuerit da
bo vobis **P**rimo dico q^d vinea⁹ pla
tatur in iustificatione **i**de⁹ anima
Iheremie **E**go plantavi te vinea⁹
electam hoc est utiq⁹ in iustifica
tione **S**ed q^d diu anima manet in
peccatis tunc est quasi terra deser
ta a inculta. pducens spmas a tri
bulos viciorum. **P**ost q^d aut per
penitentiam ad deum conuertitur.
tunc p dei gracia in vinea⁹ plata⁹

ut producat dulces totos bono
rum opetum Tunc ego plantauit
vineas electam. q. magnum est
q. deus animā sordidam. s. in pec
catis lauat et iustificat. et de filio
ire facit filium gracie. de seruo p
ditionis filium adoptionis. et euz
de captiuitate dyaboli liberat et de
statu miserie reuocat ad patriā
Quis non diligeret euz a quo tot
bona reciperet. Ergo stulti sunt q
iacent i peccatis. et dicunt se velle
penitentia agere in extremis. cum
vera contritio non infundat n. a so
lo deo. **Cōfiteri pōt homo et flere.**
sed nunq. veram contritionem pōt
habere nisi deus infundat. **Item.**
xxi. Postqm vultisti me ego egi
pñiam. Sic ergo vinea et anima
plantatur a deo in iustificatione.
Dauid Vmeam de egipto trāstu
listi Egiptus intelligit tenebrofi
tas et significat statu peccatoris q. i tene
bris ignorantie. carens luce gracie
Ad eph. v. Eratis aliqui tenebre.
nunc aut lux in domino. Ab hac
egypto dominus animā transfert
in iustificationē **Sed o sepi.** bona
predicatorū instructione **Matth.**
xxi. Nō eāt pater familias q. plā
tauit vineam. et sepe circūdedit
ei Et per sepe accipitur doctrina
predicatorū Sicut enim seps pro
hibet aditum bestiarū ne ledant
vineam: sic predicatio inuisum
demonum ne ledant animā. Cū
ista sepi circumdatur anima q. li
benter audit verbum dei. q. a tali

anime dyabolus nocere non pōt.
Psalm. xi. Nō nocēbunt neq. oc
cident in vniuerso monte. **S.** **Item.** **scō meo**
propter peccata hominis seps ista
aufertur et vinea diripitur. **Psalm. v.**
Expe daui ut faceret vvas: fecit au
tem labruscas Sic mlti pastores
non multum curant verbum dei.
q. in hoc vitupendunt sermones.
Pauli ad thimo. iij. Erit tempus
qn sanā doctrinā nō sustinebūt.
sed ad sua desideria coarctauerūt
sibi magistros pruriētes au rity
Item pagani et iudei non possunt
manere in ecclesia: sicut bufo nō
potest manere in vinea q. florescit.
ideo omnes damnabuntur. **O** si
pātr attenderet q. ipse vocat ho
ra prima. tertia. sexta. et nona. et
spū q. si esset hora vespere. ipse
veniret. **Greg.** **Quāto** ad bonā vitam alij
in adolescentia alij in iuuentute: alij
in senectute. alij in puericia. et in
ultima etate pducuntur. quasi
in diuersis horis ad vineā vocan
tur oparij **Greg.** Consideret vnus
quisq. q. sic agat in vinea et labo
ret. q. vitam eternā acquirat. **Eci**
am debem⁹ fideliter laborare ne
ociosi nos inueniamur in vinea
Vnde Paulus. Qui non laborat
non manducet in patria **Venite**
ad me omnes qui laboratis et one
rati estis. et ego reficiam vos. **matth. xj.**
Sequitur euangelium. Euangelium.
Orit ihesus discipulis suis pa
bolā hāc **Simile ē regnū celoz hōi**
pātr familias qui exijt pmo mane

adducete operarios in vineam suam.
Conventionem autem factam cum opera-
rijs ex denario diurno. misit eos
in vineam suam. **E**t egressus circa
horam tertiam vidit alios stantes
in foro ociosos. **E**t dixit illis. **I**te
et vos in vineam meam. et quod
iustum fuerit dabo vobis. **I**lli autem
abierunt. **I**terum autem exiit circa
horam sextam et nonam. et fecit si-
militer. **C**irca undecimam horam exiit
et invenit alios stantes. et dicit il-
lis. **Q**uid hic statis tota die ocio-
si? **R**espondunt ei: quia nemo nos adduxit.
Dixit illis. **I**te et vos in vineam
meam. quod iustum est dabo vo-
bis. **E**t cum sero factum esset. dicit
dominus vinee procuratori suo. **V**oca
operarios et redde illis mercedem.
incipiens a novissimis usque ad pri-
mos. **C**um venissent ergo qui circa
undecimam horam venerant. accepe-
runt singulos denarios. **V**enien-
tes autem et primi arbitrati sunt quod
plus essent accepturi. **A**cceperunt
autem et ipsi singulos denarios. **E**t
accipientes murmurabant aduer-
sus patrem familias dicentes. **V**idimus
novissimi una hora fecerunt et pa-
res illos nobis fecisti qui portaverunt
pondus diei et est? **A**t ille respon-
dens uni eorum dixit. **A**mice non fa-
cio tibi iniuriam. **N**onne ex tena-
rio diurno convenisti mecum. **T**ol-
le quod tuum est et vade. **V**olo autem
et huic novissimo dare sicut et ti-
bi. **A**ut non licet mihi quod volo fa-
cere? **A**n oculus tuus nequam est quod

ego bonus sum. **S**ic erunt novissimi
primi. et primi novissimi. **M**ulti
enim sunt vocati. pauci vero electi.
Et est sensus evangelij. **P**aterfa-
miliæ est qui primo mane id est
ab adam usque ad noe. homines in vi-
neam suam id est in hunc mundum
pro eterna vita laborandum adduxit.
A noe usque ad abraham. et est
hora tertia. **A** ab abraham usque
ad moysen. et est hora sexta. **A**
moysen usque ad prophetas. et est hora
nona. **A** prophetis usque ad christum
est ultimum videlicet undecima. **S**
veniente hora plenitudo id est die
iudicii. **T**unc autem pater in divinis
ad procuratorem suum per christum ut
scriptum est. **Q**uia omne iudicium
dedit pater in manus filij. **V**oca
operarios et redde illis mercedem.
Incipies a novissimis et per christia-
nis qui ultimo venerunt ad vine-
am scilicet ad sanctam ecclesiam. qui
bene laboraverunt accipient vi-
tam eternam. **T**unc invidiosi iu-
dei in peccatis indurati. credent etiam
se habere vitam eternam. et
existimant quod plus velint habere
quam christiam. eo quod ante nos fue-
runt in vinea. et portaverunt decem
precepta sed ea non servaverunt.
et ideo murmurant contra deum.
Et propterea ait illis. **A**n oculus vester
quoniam sunt? quia ego bonus sum. **T**ollite
quod vestrum est secundum iusticiam. et ite aliquid
in infernum. aliquid in vitam dei. unde quis
ante christum fuerit. **E**t novissimi videlicet
christiani erunt primi in remuneratione et

primi videlicet iudei et gentiles qui
 saluandi sunt esse nouissimi. Et
 ideo sequitur. Multi sunt vocati. et
 pauci electi. et sic per euangelium
 Ergo quo ad thēma. Itē et vos in
vineāz meāz propter quatuor causas
 Prima est. quia per familias eā pla-
 tauit. et diuisit tribus filiis suis secundum
 triplicem distinctionem hominum in
 hoc mundo. De hoc dicit amenta-
tor in libro genese quod erat quidā
 pater habens pulchram vineā et
 habuit tres filios. venit primus
 ad patrem dicens. Rogo te pater
 ex quo tibi multa bona prueniūt
 de vineā et tu modo non indiges. da
 mihi vineā ut sim dominus fratrum me-
 orum. Respondit pater. Fili mi. dabo tibi
 quod est curuum et rectum in vinea
 mea. Venit alter dicens. Dilecte
 mi pater. des mihi vineāz ut sim
 dominus fratrum meorum. Respondit pater.
 Dabo tibi omne quod est in vinea vi-
 ride et aridum. Venit tertius di-
 cens. Dilecte mi pater. ego sum mi-
 nimus filius tuus et semper feci quod
 iussisti. des michi vineā. Respondit
 pater. Dabo tibi quod fuit subtus
 terrā et super terrā. Et pater reliquit
 eis pulchram imaginē ut illam in
 honorem et memoriam patris ho-
 norarent. recessit ad terram lon-
 ginquā ad peregrināduz. Post pa-
 tris recessuz cōtendebant hi tres
 filij. pro vinea. Dixit primus. Pater
 meus dedit michi omnia quā in vi-
 nea sunt curuam et rectum. Secun-
 dus dixit. Pater noster dedit mi-

chi in vinea viride et aridum. Ter-
 cius dixit. Pater noster dedit mihi
 omne quod est subtus terrā et super
 terram et sic non poterant concordā-
 re. Venerunt ad vnum magnuz
 magistrū et sapientissimū. posu-
 eruntque causam eorum in euz. Quic-
 quid iste de vinea iudicaret in ho-
 rellent statē etenti. Et vnusquisque
 illorum dixit illi magistro suum do-
 num in vinea. Dixitque magister sa-
 piens. Afferte michi ymaginem
 patris vestri et fecerunt ita. Tunc
 magister dedit eis arcū cum sagit-
 ta dicens. Quicumque vestrum propi-
 us sagittauerit cordi patris vestri
 de hoc ego iudicabo. Primus sagit-
 tauit valde prope. secundus adhuc
 propius. Tercius proiecit arcum
 cum balista dicens. Non sagittabo
 dilectum meū patrem. quia multa
 bona michi contulit. et multa dona
 habeo de ipso. Tunc ait magister. Illi
 deletur vinea. et minor possedit vi-
 neā factus ē dominus fratrum suorum.
 Ita moraliter vinea ista ē sancta
 ecclesia quā pater plantauit sua dex-
 terra. Tres filij eius sunt gentiles.
 iudei et christiani. Primi fuerunt ge-
 tiles vsque ad abrahā. cui dominus pri-
 mo dedit circūcisionem. et isti pe-
 tebant pro vinea et pro sancta ecclesia.
 quibus dedit curuum et rectum et de-
 clina a malo et fac bonū. et non he-
 bant aliud preceptū. Secundi fu-
 erunt iudei. ut ab abrahā ysaac
 et iacob. et omnes iudei petebāt
 pro vinea; ut scilicet ipsi essent

dñi totius mundi. Et dedit eis vi-
 ride et aridum. Diliges deum et
 proximum tuum sicut teipsum. Ter-
 cii sunt xpristiani. a hii p tertiu;
 filium figurantur. quibus dedit
 vineam. et omne quod e sub tus
 terram et sup terram. et gratiam
 in presenti. et gloriaz in futuro. Et
 pater qui nobis sic diuisit vinea
 recessit ad celi. a modo ostendunt
 gentiles iudei et xpristiani. Sed p
 reliquit nobis suam ymaginem. et
 memoriam dñice passionis in al-
 tissimo sacrameto. Sed pueri sa-
 gittant ymaginem patris. vide-
 licet gentiles nō obseruātes mā-
 data eorum. scz. Dedina a malo a
 fac bonū. Similiter iudei sagittāt
 patrem. et offendunt. quia nō ob-
 seruant mādata patris. videlicet
 Diliges dñm deum tuum. et proxi-
 mum tuum sicut teipsum. Et ideo
 amiserunt vineam. et ipsi iudei de-
 derunt sententiam perditionis vi-
 nee per seipsos. dicētes illud ma-
 th. euang. Malos male perdet
 et locabit alijs agricolis vineaz
 suā. Sed nos xpristiani habem⁹
 vineam tamq̃ minor filius. et q̃
 dñm non offendimus deum habē⁹
 vineam. Sed heu de die in diem
 offendimus. ideo non custodim⁹
 Vnde dicit dauid in psalmo. Vi-
 neam de egipto transtulisti. eleci-
 sti gentes et plantasti eam. Et sic
 patet primū membrū. Secundo
 dico q̃ anima hominis dicitur vi-
 nea. quia debet precidi et fodi.

Vnde in canticis canticorū. ait
 anima. Tempus putationis ad-
 uenit. et precisionis. Vir potest
 homo quicumq̃ sanctus fuerit
 quā in vinea conscientie sue cres-
 cat aliquid superfluum. quod me-
 ritum impedit. Nā homo aliquā-
 do offendit deum in verbo. in cogi-
 tatione. in operatione. quando q̃
 per risum. Supflua vero amputē-
 tur et per confessionem diligēter
 extirpentur ne vinea aīe amichi-
 letur. Item debet pastinari p me-
 moriam mortis. Item debet fodi
 per timorem dñi. Vnde dicit sapiēs. **Grā-
 pmo** Timor dñi expellit peccatum
 Tunc vinea precisa pastinataq̃
 rigataq̃ fossa incipit florere et gē-
 mas producere Et tūc oēs bestie
 venenose fugiunt vt dicit plim⁹
 Vineā quando floret fugit būs
 et serpens. non sustinēt odorē
 vinee. Tunc ait dñs in canticis ca-
 ticorū. Descendi in ortum meū vt
 viderem poma conualliu. et inspi-
 cerē si floruisent vinee. et germi-
 nassent malapumica. reuertere re-
 uertere sinamis aē. Cum vero
 vinea nostra sit in tanta pulcri-
 tudine desiderat malignus spiri-
 tus extirpare et inde facē ortū ole-
 rum. Vnde figuram legimus in
 xxj. **tercio regum** Erat enim vir in
 terra israhel nabothe nomine ha-
 bens vineā pulcherrimā. quaz vi-
 des rex iudeorū desiderās eā misit
 seruos suos ad nabothe dicēs. Da
 m vineā tuā vt faciā in ortū olez

Et ille respondens ait. Non dabo
tibi vineam meam quia heredi-
tas patris mei est. Et tunc erat
tristis valde. Sed postea venit ie-
zabel mulier pessima et misit duos
falsos testes. et fecit naboth prop-
ter vineam suam lapidari. et sic
rex iudeorum fecit de vinea ortum ole-
rum. Ita spiritualiter naboth est homo
fidelis huius vineam scientie bone quam
preparavit et coluit relictam pul-
chram. quam videt dyabolus deside-
rans de ea facere ortum olerum et
peccatorum. Sed respondet fidelis
Non dabo tibi vineam et animam
vel conscientiam meam per sensum
malorum operum. Tunc iezabel et
dyabolica temptatio mittit ocul-
te duos falsos testes mundum et
propriam carnem quam multa promittit
sed falsum dicunt. Et ideo per istos
tres scilicet dyabolum mundum et prop-
riam carnem destruitur vinea. et sic
fit ortus olerum seu fetarum. Tercio
dico quod anima dicitur vinea. quia
sicut vinea bene custoditur ita anima
iusti debet bene custodiri. Unde di-
cit ipsa anima deuota in canticis. *1. m. 10.*
Posuerunt me custodes in vineis.
Sequitur. Vineam meam non cu-
sto diui. Debemus vineam custo-
dire ne leo superbie intret. ne por-
cus luxurie deuastet. ne visus ana-
rchie deuoret. Unde in psalmo. Ex-
minauit eam aper de filia: et sin-
gularis ferus depastus est eam.
Vindemiant eam omnes qui pre-
tergre diuntur viam. Et per istas

bestias notantur peccata super no-
tata. Item debemus custodire ne
vulpes dolositatis et inuidie con-
burent. De quibus legimus figuram
in libro iudicum. Sampson fortis-
simus habuit multos inimicos
qui eum libenter occidissent si po-
tuissent. ipse vero cepit multas
vulpes et ligauit faculas ardetes
ad caudas earum et misit eas in
vineas inimicorum suorum qui con-
busserunt omnes vineas. Ita fa-
cit dyabolus inimicus humani ge-
neris. videns quod non potest nos ex-
tirpare et occidere quia angeli nos
custodiunt sed causa inuidie mit-
tit vulpes fraudis et mendacii et
ligat eos ad ignem male concu-
piscencie qui currunt ad vineas
conscientiarum nostrarum. Ideo
ait anima in canticis. Capite no-
bis vulpeculas que demoluntur
vineas nostras. Quarto anima
deuota dicitur vinea quia sicut in
vineis colligitur fructus quod est
vinum eterne fructificationis quod ho-
mines letificat. Unde dicitur in
psalmo. Et vinum letificet cor ho-
minis. De isto vino bone operati-
onis deus honoratur et proximus
emendatur. Unde ait in canticis
canticorum. Comedi fauam cum melle meo. bibi vinum meum
cum lacte meo. Lac est albus. et mel
dulce. et vinum nobile. Ita ista bo-
na consolatio de qua dicitur in psalmo
Vapor tuarum anima tua sicut vitis
abundans in lateribus domus. Ate
De hoc legimus figuram in libro

lx.
m.

Iudicium in pablis. Ligna filia-
rum percreuerunt vt eligeret sibi re-
gem. **V**enerunt ad vitem et dixerunt
Tu eris noster rex. Respondit vi-
tis. Nolo deserere nobilem fructum
meum qui deum letificat et homines
edificat propter imperium vestrum. Ita
dedit quilibet fidelis homo a anima iusta
facere. Cum mundus dicit. Impa nobis
et exalta te honore mundi. Respon-
deat vitis et bona anima. Nolo deserere
fructum bonorum operum propter hono-
rem mundi. Ita et nos quo ad the-
ma. Item in vmea mea et quod iu-
stum fuerit dabo vobis.

**Officia in lx.
Sermo. xij.**

Qui audiunt verbum et reti-
nent afferunt fructum in
patientia. Luc. viii. Nota
sicut videmus in naturalibus quod qui
libet agricola qui bene vult semina-
re delet tria considerare. Primum est
tempus quando debet exire ad seminandum.
Vnde dicit ecclesiastes Omnia tempora te-
pus habent. Si enim vellet in hyeme li-
num seminare forte non cresceret.
Secundo debet esse diligens ita quod
propter pigritiam non dimittat semi-
nare. Vnde sapiens Qui propter frigus
et propter pigritiam non vult arare
si petit non debet sibi dari. Tercio
debet esse patienter. Nam ait iacobus
Agricola aspergit semen in agrum
et expectat rorem matutinum et ym-
brem serotinum. Ista tria habuit

christus seminator verbi dei. Nam
primo notauit tempus de quo propheta
predicebat et illud tempus bene con-
siderabat quando exiit de celo et
venit in mundum vt ipse ait in eu-
gelio Exiui a patre et veni in mun-
dum. Item habuit diligentiam quod
vt ait marcus Christus citatis et
castella circueiuit vt predicaret. Ter-
cio fuit patienter quia multociens
pharisei et iudei audiebant verbum
eius vt caperent ihesum in sermo-
ne. sed ipse patienter respondit.
Et ista tria notantur in hoc eu-
gelio. **Euangelium.**

Cum turba plurima conueneret
et de ciuitatibus properaret ad ihe-
sum dixit per similitudinem. Exiit qui
seminat seminare semen suum. Et
dum seminat aliud cecidit secus
viam et conculeatum est et volucres
celi comedunt illud. et aliud ceci-
dit supra petram et natum aruit
quia non habuit humorem. Et ali-
ud cecidit supra spinas et similes ex-
orte spinas suffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam et or-
tum fecit fructum centuplum. Hec
dicens saluator noster ihesus cla-
mabat. Qui habet aures audien-
di audiat. Interrogabant eum di-
scipuli eius que esset hec parabo-
la ait Vobis datum est nosse mi-
sterium id est hermelschetschei-
regni dei. ceteris autem in parabo-
lis vt videntes non videant et au-
dientes non intelligant. Est autem
hec parabola. Semen est verbum dei